

auribus dnm sequi. & uerba eius audire ua
leamus. Audite & contestamini in domo
iacob dicit dnus ds exercituum quia in die ru
uisitare coepero praeuaricationes israhel.
Praecipit autem sermo prophaticus ut primu
audiant. deinde contestentur in domo iacob.
Idest in decem tribus quae dnus dixerit. cum
cepero inquit uisitare praeuaricationes uel
impietatis domus israt & eis reddere quae me
rentur. & capti uitatis tempus aduenerit.
Tunc destruentur altaria bahel ubi erant
aurei uituli. & amputabuntur cornua alta
ris quod hieroboam quoq manu extendente
disruptum est. Et ruent in terra assirio uas
tante confracta. & percutiam inquit domu hie
malem cum domo aestiua. quod simpliciter
iuxta litteram accipere possumus. Tantaru
eos fuisse opum ut duplices haberent domos hie
males & aestiuas. Quorum aliae uersae essent
ad aquilonem. aliae ad austru. Ut prouide
rent temporu. rigoris & caloris caelique tem
periem prouiderent. Possumus domu hie
malem appellare regnu israt. in qua frigus
erat relegionis. & cultus di. uariq uentorum
turbines & saeua tempestas. & domum aestiua
iudam & hierusale inquaerat templum &
offerebantur holocausta mane & uespere.
& urgebat calor religionis. & peribunt ait
domus eburneae. Quod iuxta historiam sta
reporest. legimus enim ab regem israt
tantas fluxisse delitias ut domum sibi ebur
neam fecerit. Pro heborneis domus dentes
Idest elephantinas. In hebreo inuenimus.
De quibus & in xliiii psalmo scribtum est.
A domibus heborneis ex quibus laetificauer
te filiae regum. Quando uisitare coeperit
dns praeuaricationes israt. Qui prius dm
altare quod habet ecclesia. sed altaria he
raticorum plurima. Tot enim habent altaria
quot sibismata amputauit. & cornua al
taris. Quod p superbiam unum habere
seuastant. Cadentq eorum cornua. idest
arrogantia in terra. & percutiam domu
hiemalem. Eos heraticos qui laborant.
continentia & ieunii xerofagis & cha
meoniis. & quibus tatianus & manicheus.
& domum aestiuam. utnicolaitas & eu
nomitas & ceteres heresaeos. nouos secta
tores. qui propter uentris ingluuiem
omnem recipiunt uoluptatem. & peribunt
domus heborneae quae artifici & raethori
ci nitoris. splendore compositae sunt.
& dissipabuntur aedes multae. quae in
toto orbe dispersae sunt. Una enim uerita
te surgente multa mendacia destruentur.
Pro domo hiemali ΟΙΚΟΝ ΤΟΝΗΕ ΠΙΤΤΕ
ΡΟΝ. lxx transtulerunt. quod nos inter
pretati sumus pinnaram eo quod hostiola
habeat per fenestras & quasi pinnas ad
magnitudine frigoris repellenda.
FINIT EXPLANATIONUM IN AMOS
LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER II.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0155